[illegible] by Dr Malcolm
from Mr Macdonald of Rammerscales.

ANTONII MUSÆ

QUÆ SUPERSUNT.

EX MUSEO

GUL. B. MACDONALD, A.B.

1840.

ANTONIUS MUSA
DE
HERBA VETONICA.
ANTONIUS MUSA MARCO
Agrippæ Salutem.

æsari Augusto præstantissimo omnium mortalium, sed & judicibus sius scito te proximum esse auxilium, quodque artis meæ clarismum Cæsaris judicio· Quo præsens semper essetecum possim, ommentarium hunc artis meæ pervenire ad te volo munusculum. se itaque mereri ante habebis Marce Agrippa opus hoc curæ meæ perimentum ex omnium medicorum summornm disciplinis & usu ilinatum eo velut præsentem semper habere Musam tuum. In o quum proposuerim mihi medicamina dicere, piaculi genus exnavi transire virtutes & effectus herbæ vetonicæ, cujus salubri- ut cognoscas quantis rebus conveniat, ante potestates ejus didæ sunt. Neque enim remediis tantum aspice majus est quam d sine offensa stomachi prosit. Non gustus asperos offerre otantibus quum sumitur, & si adfert, tormenta sunt mediocri lam lenitati parata, nec dulcedinis fastidium, necacrimonia præsoffensam. Itaque prodest ad effectus sanitatis, non ut aloe vel nthium, quorum non est tanti sentire auxilium quam ut amarinem sentias. Vetonica tantum potest ut eam laborantes non m sine labori sumant sed etiam libenter. Odore est tam ama- ut ignorantem cogat suspicari herbam utilem corpori. Hæc m potest effectu ut etiam numero septem & quadranginta os remedict, licet fieri potest ut omnibus vitiis prodesse possit, ma mulierum ad salutem apta. Proponendum ergo putavi qualialetudinibus quæ subjectæ sunt, prosit. Hanc autem & pauci runt medici, & si qui affines sunt, non totis perspexerunt viribus. nt eam esse utilem, sed quibus modis ignorant, quod perinde

est ac si organa hydraulica habeant quibus uti nesciant. Hæc proloqui non est necessarium; putavi tantum profectus herbæ vetonicae noscerenter. Hanc autem suo tempore colliges, id est mense Augusto quum cæteræ herbæ maturescero incipiant cum semine & radicibus sine ferro, camque excusa ne terra ei inhœrcat, & in umbra arefacias, atque ita, teras cum semine & radicibus suis, cribro aromatico mollissime in pulverem redactam; & cum volueris uti, sic uteris.

NOMINA HERBAE VETONICÆ

Græci prioniten, cestron, pyrinen, adianton, psychotrophon, cosmicen, sideritin, pandionam, thyan rhizan, dyprinion. Prophetæ hieran corinen, Syri pheriponion. Tusci indicem, Latini vetonicam, iidem serratam, nonnulli rusmarinam. Hæc herba Vetonica nascitur in pratis & montuosis locis, mundis & opacis circa frutices. Animas hominum & corpora custodit, & nocturnas ambulationes a maleficiis & periculis, & loca sancta & busta etiam a visibus metuendis tuetur & defendit, & omni rei sancta est. Cestron vocatur etiam psychotrophon, siquidem frigidis reperitur inlocis, radicibus tenuibus, thyrso tenui ultra cubitum quadrangulo, foliis querci similibus, boni odoris, semine in summitate thyrsi spicato, modo thymbræ. Cujus virtutes infra scriptæ sunt.

1. Ad capitis fracturam.

Herba vetonica contusa, & super capitis ictum imposita vulnus celeritate conglutinat & sanat. Eo quoque efficacius si tertio die refectam hoc est, recentiorem frequentius imposueris donec sanescat. Ejus potestas tantum fertur habere utilitatem ut ossa quoque fracta vi sua extrahat]

2. Ad dolores oculorum.

Vetonicæ herbæ radices ex aqua oculos foveto; ipsa autem folia ejus trita supra frontem & oculos imponito.

3. Ad dolores aurium.

Herbæ vetonicæ recentis folia vel per se aut in aqua madefacta perterito succumque eorum excipito, deinde adjecta rosa liquida tepifacito, & in aures stillato lanaque spissato, mire proficere creditur.

4. Ad caligines oculorum.

Vetonicæ drachmam unam, aquæ calidæ cyathos quatuor jejunus bibat, deducit ad inferiorem partem eum sanguinem qui caliginem oculorum facit.

5. Ad lacrymosos oculos.

Vetonica manducata aciem oculorum clariorem facit.

6. Ad sanguinem de naribus profluentem,

Herbæ vetonicae contritae paululum salis adjicito digitis duobus & pollice medio quantum tolli poterit, & subactum formato rotundulam: quam si naribus inserueris, sanguinem sistet.

7. Ad dolorem dentium.

Herba vetonica ex vino veteri aut aceto ad tertias decocta & gargarisata, dolorem dentium discutit.

8. Ad vomicos & suspiriosos & thoracis dolorem.

Herbæ vetonicæ drachmam unam, & sumptis ex aqua tepida cyathis duobus, bibendum si dederis, juvat. Idem suspiriosis prodesse creditur.

9. Ad phthisicos & eos qui purulentum rejiciunt.

Vetonicæ drachmas tres in pulverem redactas dato cum melle, & glutiat jejunus quotidie, auxiliatur.

10. Ad stomachi dolorem.

Vetonicæ drachmas quatuor dato per triduum, vel in aqua frigida cyathis quatuor dabis bibere, miraberis bonum effectum.

11. Ad jecoris dolorem.

Vetonicæ drachmas quatuor, aquæ calidæ cyathos quatuor da ut bibat per triduum.

12. Ad lienosos.

Herbam vetonicam ex vino decoctam & potui datam, lienosis prodesse, experti adfirmant.

13. Ad renes.

Vetonicæ drachmæ duæ ex mulso cyathis duobus bibentem sanabunt.

14. Ad lateris dolorem.

Vetonicæ drachmas tres ex vino veteri cyathis tribus, & piperis grana vigintiseptem contrita & calefacta jejunus bibat, curabitur.

15. Ad lumborum dolorem.

Vetonicæ drachmas tres ex vino Amineo cyathis tribus, piperis grana decem & septem contrita et calefacta jejunus bibat.

16. Ad ventris dolorem.

Herbæ vetonicæ drachmam unam in aqua calida cyathis duobus bibendum da. His autem duntaxat hæc apta erit compositio, qoorum non ex cruditate intestina torquentur.

17. Ad alvum concitandam.

Vetonicæ drachmas quatuor, hydromelitos cyathos octo ad bibendum dato, ventrem præsentaneum movebit.

18. Ad colum.

Vetonica cum vino austero æque proficit.

19. Ad tussim.

Herbæ Vetonicae uncias duas ex melle accipiat per dies novem.

20. Ad quotidianas.

Herbæ vetonicæ drachmas duas. arnoglossæ drachmam unam, ex aqua calida cyathis quatuor data. bibat sub accessione.

21. Ad tertianas.

Vetonicæ & pulegii drachmas singulas, aquæ calidæ cyathos tres sub ipsa accessione dato bibere, sanabitur.

22. Ad quartanas.

Herbæ vetonicae drachmas tres, mellis Attici unciam unam, aquae calidae cyathos tres in unum miscebis, & ante accessionem da bibat, mire sanabitur.

23. Ad vesicae dolorem.

Herbae vetonicae drachmas quatuor apii radicis scrupulos tres. Decoque apii radices in sextario aquae ad medias, quum decoctae fuerint, tum demum vetonicam permiscebis. & dabis bibere, dolorem in perpetuum sanabit.

24. Ad calculum.

Vetonicae drachmas tres ex aceto scyllitico, & mellis unciam et aquae calidae cyathos novem bibat, confert.

25. Ad hydropicos.

Vetonicae drachmam unam ex aquae calidae cyatho uno da tri duo bibere.

26. Ad mulieres quæ partu laborant.

Vetonicae drachmas duas, aquac calidae cyathos quatuor, si cum ebre fuerit; sin vero sine febre, mulsi cyathos duos & aquœ calidæ yathos duos da bibere.

27. Ad paralysim.

Vetonica trita et imposita nervos etiam præcisos glutinare & per. nare creditur.

28. Ad horrores.

Vetonicœ drachmas duas ex aquæ calidæ cyathisduobus, & vini steri cyathis duobus sub accessione dato bibere.

29. Ad mulieres quibus loci prae frigore vexati sunt.

Vetonicae drachmas tres ex aquae calidae cyathis tribus jejunae-to bibere triduo, remedia sentiet.

30. Ad eos qui sanguinem per os rejiciunt & purulentos.

Vetonicae drachmas tres & lactis recentis caprini cyathos tres at triduo, & statim sanabitur.

31. Ne fias ebrius.

Vetonicam prius sumas,

32. Ad eversos de vehiculo.

etonicae drachmas tres ex vini veteris cyathis duobus calefac- bibat.

Ad ictericos, id est morbo regio laborantes, qui, sunt auriginosi.

etonicam herbam ex vini cyathis tribus frequenter sumptam, ficere didicimus.

34. Ad carbunculum.

etonicae drachmam unam, aquac calidae cyathos duos bibat. vetonicae cum axungia trita plagae imponatur, prodest.

35. Qui perfrictionibus laborant.

etonicae unciam ex vini cyathis quatuor bibat triduo.

36. Lassis ex itinere.

tonicae drachmam unam ex oxymelitos cyathis tribus potui dato.

37. Aegris fastidientibus cibos.

Vetonicae drachmas duas ex aquae mulsae cyathis tribus bibat.

38. Ut facile quis concoquat.

Vetonicae drachmas tres, mellis unciam unam, aquae calidae cyathos duos bibat.

39. Ad eos qui cibnm non possunt continere.

Vetonicae drachmas tres, mellis unciam unam concoquito donec indurescat, et pastillos ex his facito quatuor et ex ipsis cum aquae calidae cyathis duobus unum per singulos dies deglutiat et bibat.

40. Ad veretri dolorem et tumorem.

Vetonica ex vino trita tumores foveto, ipsamque apponito, potenter facit.

41. His qui venenum sumpserunt.

Vetonicae drachmas tres ex vini cyathis tribus statim dato bibat, et rejiciet.

42. Ad serpentum morsus.

Vetonicae drachmas tres in vini cyathis tribus diluito et potui dato, omnium serpentium morsus sanat. Item vetonicae drachmas sex in vino nigri cyathis tribus conterito et super vulnus illinito.

43. Ad rabidi canis morsum.

Vetonica contusa morsui imponatur.

44. Ad fistulas.

Vetonica contusa & trita ex hac rotundulas facito, & paululum salis inserito, & fistulam obligato, expurgat & sanat.

45. Ad lumborum dolorem.

Vetonicae drachmas duas ex mulso potui dato: febricitanti ex aqua calida, lumborum dolores sanare creditur.

46. Ad mulierum purgationes.

Vetonicae drachma ex vino data purgationes haerentesexpellit.

47. Ad podagram.

Vetonicae radices cum foliis decoctas ad tertias in aqua potui datas: ipsamque per se tritam & impositam, mire dolorem lenire experti adfirmant.

FINIS.

ANTONIUS MUSA

DE

SANITATE TUENDA

AD MECÆNATEM.

Quem roganti tibi libellum promisi, omni cura adhibita descriptum isi, ordinatissimum tuae salutis custodem: quem debebis tam diligenter intueri, quam scriptus est. Ad curationem enim corporis i omnia explorata sunt, quæ cum rerum effectu comperi, celeriter ıe complexus sum. Intueri ergo omnem medicinæ rationem debis. Namque ego diligenti cura, licet summa brevitate, comehendi singula curationum genera, sicut proxime in eo libello feci, em Cæsari nostro coram te tradidi. Quas curationes per temet e æstimare poteris. Sapientibus enim ratio venire in consilium suevit.

ıı. Omne itaque corpus hominum & pecudum alitumque ex quatuor ıeribus constat; sed præcipue hominum; calido, frigido, sicco, ıumido. Frigido enim continentur viscera, unde spiramus. Calore ıtinetur anima, qua vivimus; id est, qua vivi sentimus. Sicca t ossa, quæ vires faciunt ad sustinendum laborem. Humidus sanguis, quo aliter vita. Per omnia enim viscera venæ currunt, sanguinem vehunt. Sauguis animam, anima vitam sustinet; itus autem acris est. Ossa, nervis munita, virtutem corpori stant.

ıı. Sanguis, cum abundat, valetudinem vitiat. Ex eo nascitur es, quam in vulneribus sectis videmus. Nascitur & pituita, nauseam facit. Nascitur etiam bilis acida et amara, quæ ur mater morborum. Bilis enim cum est, concitat calores. De

pituita perfrictio nascitur, quæ facit dolorem intestinorum, torsiones etiam inflationemque, quæ corpus extenuant. Sanguis autem a nimio cibo, nimiaque potatione incipit abundare, & cruditate corrumpitur. Qui cum evacuatur extra cursum naturæ, infert aliqua corpori vitia; & in quacunque parte corruptus incubuit, fatigat & lædit. Nam sanguis animam quoque vitiat; & inde os hominis incipit fœtere. Cum est ergo integer sanguis, animam sine dubio confirmat, ut possit frigus caloremque fortius sustinere. At, cum abundat, cumque calore animæ corrumpitur, fit sanies: tum & bilem atram concitabit, & calorem interdum ac frigus faciet, corporique universo languorem, animæque malum odorem vel anhelitum faciet.

IV. Quo facilius igitur commodis valetudinis fruamur, & incommoda vitemus, prognostica, id est, præcurrentia vitia, signis naturalibus cognoscamus, cognitaque emendemus, ne mortifera fiant. Quatuor igitur disponuntur corporis partes; cujus origo in capite est, & thorace; deinde venter sequitur & vesica. Ita ergo locorum istorum sinceras notas cognoscemus.

V. Hominis sani urina mane alba erit, & ante prandium rufa. Pransi rursus candida; item ante cœnam rufa. Nec ego tamen necessitatem prandendi imposui, sed magis vicinam & tempora naturalia ostendi. Candida enim urina debet esse, ubi cruditas non est, mane quieto corpore. Deinde motus ipse & deambulatio urinam turbat, excitatque vesicam; ideoque coloratior fit. Quod si mane urina mutaverit colorem, ostendit subesse vitium infirmitatis quod tamen propriis indiciis intelligimus.

VI. Cum enim a capite morbus oritur, solit capitis dolor comparere, tunc & supercilia gravantur, tempora saliunt, aures sonant, oculi lacrymant, nares repletæ odorem non sentiunt. Cum ex iis ergo aliquid accidit, caput purgari oportet hac ratione. Hyssopi aut cunilæ bubulæ fasciculum, cum aqua defervefacias; inde aquam ore continebis; sed caput calide tractabis, ut fluat pituita. Quod si quis negligit, capiet epiphoras oculorum, aut dentium vel aurium dolorem. Interdum etiam strumæ parotidesque nascuntur, & alia vitia, quæ circa fauces cervicesque oriri solent. Item distillatio aut gravedo narium erit. Et interdum ulcera in capite nascuntur, aut etiam capilli defluunt.

·II. Cum autem à thorace morbus nascitur, incipit caput sudare ·aaque fit crassior, aut os amarum, aut tonsillae dolent. Osci- erit frequens sine somno et quiete. Torpor membrorum, ani- olor, subitaque tussis arida et inquieta nascetur. Ex iis ergo aliquid acciderit, vitabis vitiam grave, si vomueris, sive jeju- sive post coenam vel in balneo. Plus autem prodest, si jeju- bilem ejeceris. Eam enim dicimus matrem morborum. Sed, vomere nolunt, vel non possunt, quia stomacho laborant, deci uoque die jejunando, omni cibo se abstineant. Quo facto vi- grande vitabunt. Nam frequenter vomendo solet stomachus .umpi.

.II. Quod si a ventri morbus orietur, haec erunt signa. Venter :tur atque turbabitur et sentiet crebros dolores; cibus et potio vi- ıntur amara : genua succident, et lumbi gravibuntur, intersca- ım contrahetur, totumque corpus particulatim gravabitur, tarda- .ur pedes, pigra fient crura, renes indolescent, et posthaec febri- incurrent. His itaque cognitis, prima est abstinentiæ utilitas. Tum n medicamentis alvum purgari oportebit, ut grave corpus leva- tls adjuvetur. Quod si morbus major premere videbitur, adjicies rum diem abstinentiæ: si tamen vires patientur. Sin minus, m levissimum sumes cibum, ut ovum sorbile tantum, aut aliquod simile accipias. Hoc qni negligunt: fiunt cœliaci, torminosi, nterici: etiam ex eo nascuntur tertianae et quartanae: fiunt agrici chiragricique; morbus etiam articularis hinc accidere t. Quidam etiam fiunt amentes: quibusdam sanguis etiam npere é naribus solet. Oportet igitur occurritam gravıbus. is, curatione supra dicta.

IX. A vesica qui nascuntur morbi, haec dabunt signa. Pleni buntur, et cibo cito saturari, quos gravabit. Sequentur infla- ıes ventris, et crepitus crebri. Videbuntur oscitare, nec oscitabunt, tantum os dioucent. Sequitur totius corporis stupor, somnus- gravis, quasi marcor. Fiet urina livida et vix erumpens. Tu- cunt etiam veretra, et inde calculosi fiunt. Hæc vita sic em- antur. Fœniculum et apium vino austero madefacito; vel ım earum herbarum radices contere, et ex vini cyathis duobus, tantundem aquæ calidæ accipe assiduo, vel dauci semen et myr-

tum ex aqua calida snme, vel cicer album sume, non arietinum, madefactum vino, ut supra scripsl, ebibe; vel radicem asparagi, vel ervum erraticum, vel serpyllum decoque, ejusque aquam vino mixtam bibe. Quæ qui negligunt, fiunt hydropici. Sequetur iis jecineris et renium & vesicae dolor. Fient qnoque calculosi; stranguriam quoque sustinebunt, & ventris tumorem. Intueri autem oportet ægri vires, quomodo possit sustinere medicinam, ut ita febri & cruditari ejus adhibeatur. Fiunt ergo cataplasmata, adhibenturque, quæ apta sint capiti, ventri, vesicæ, cruditati, frigori, calori, prout tempus exegerit. Uti autem ad hæc oportet rosa, aceto, vino, oleo irino, linguam quoque ægri asperam melle perfricari, vel mentae folio. Reliqua diligenti medico permittenda sunt: quia juxta morbos debet adhibere medicinam.

x. Quoniam ostendi corporis sani et imbecilli notas per urinam denunciari, et adjici curationum consilia: nunc et compositiones medicamentorum adjiciam; unam, ne nascantur corpori vitia; alterum, ut emendatio sanitatem reducat. Adversus autem omnes impetus morborum duo sunt remedia certissima. Primum est, decimo quoque die ut te abstineas a cibo et potione. Deinde, postero die lavabis, ciboque firmo uteris. Qua re et observatione efficies, ne quid omnino vitii corpori tuo accidat, et perpertua sanitate sis tutus. Est et potio salubris, quae omne corporis vitium eleminat, et valetudinem confirmat. Ejus potionis jam tecum habes compositionem. Per annos autem complures, amicissime Macoenas, cum Caesare nostro pariter nos morari meministi; quo tempore haec observando nunquam in ullum corporis languorem incidisti. Quo tempore nec nostrum Augustum quidquam molestioris incommodi passum esse nosti. Ita etiam me tecum habebis, si libellum meum legendo saepius tractaris, qui plenius tibi, me absente, praestare consilium in omnibus poterit. Terentii Velpisti in ultimo libello leges dynames herbarum. Quas ut crescentibus numeris Lunae observes, dum tollis et componis, curato. Si ita non feceris, et ad deminutionem Lunao sustuleris, minus valebunt. Ipsum etiam mare per Lunam augeri et minui scimus. Cerebra etiam hominum augentur crescente Luna. Cum autem minuitur Luna, unaquaeque res deminutionem sentit. Quod licet recognoscas ex iis, qui-

cotidie uteris; tamen et, per me admonitus, scies omnibus et ui augmentum et augeri per Lunam. Quod si ita est, in her- quoque legendis componendisque medicamentis vim ejus et pro- atem nos observare debere, ne dubites.

DE SANITATE TUENDA

AD FILIOS.

gi antehac Hippocratis Coi epistolam, medicinae auctoris vel itissimi, quam de tuenda valetudine ad Antiochum regem scrip- e fertur. Cujus quia praecepta et monita vobis ad salutis cus- am nota cuperem, collegi, ut potui, quidquid seriem ejus con- re memineram, eamque ore romano interpretans scripsi. Cavi, or, ne ad verbum verba transferrem. quo minus pleraque lingu- m diversitate congruerent, si parum ponderis in significationibus s fieret: ita-que explicandae rei adversus obscuritatem consu- Igitur epistola talis est.

I. Antiocho regi. S. Eam te in hoc regnandi munere et culmine utans sustinere personam, ut rex magnus vitam multis utilem in gum provehere debeas, ingentem simul providentiae, tuae me- s curam, qua experientissimus rerum, mathesim quoque apprime ptus es, convenire talibus regalis peritiae studiis arbitratus sum, nesticum quoque tuendi corporis et procurandae valetudinis sci- iam. Super cujus observationibus ad te scribendum putavi, ut, quibus causis morbi existerent, et quibus praenoscerentur indiciis, qualibus inter exordia perimerentur medelis, ostenderem. Nam , ut coeli turbulenta tempestas numquam nisi praecedentibus so- signis ingruere; ita corporum imminentia pleraque incommoda is proprii significatione monstrantur. Spondeo autem, pro in- ita docilitate, qua nostram quoque super iis rebus solertiam pro- , monitis meis auscultantem posse te reliquum vitae tempus firma etudine et plena incolumitate producere.

II. Corporis igitur humani fit a nobis quadripartita divisio: cujus partibus singulis valetudinum moderatio continetur. Sunt autem

partes hæ: cum capite oris, sublimitas, pectoris latebra, ventris receptaculum, sentina vesicæ.

IV. Si capiti igitur evenit incommodum, aut tenebræ offunduntur, aut cietur dolor, aut onusta quasi pondere supercilia sentiuntur, aut fit temporum pulsus assiduus, aut, tumescentibus mane oculis, caligat aspectus, aut aures tinniunt, & accepto quodam interius tumultuantur sono. His ergo signis existentibus, caput est purgatione curandum. Sed super hujusmodi tamen leniore medela, hyssopi vel origani indici coma injecta defruto sive mulsæ, quæ septem vel plusculis diebus maceratur. De quo liquore postmodum coagitato atque colato tepido heminæ dimidium aut ampliorem modum gargarizari oportet die calido vel sereno, ita ut, resupinato ore, faucibus liquor ille contineatur aliquantulum, & agitetur alterna vice: idque sæpius fiat, donec heminæ dimidium consumatur, vel cum phlegmate projiciatur. Sed hæc jejuno adhibenda curatio est, qua nulla capiti levior aut commodior reperietur. Hoc remedium qui neglexerit, & indiciis supra scriptis non occurrerit, necesse est sentiat aut oculorum vitia, aut ulcera intimis auribus erumpentia, aut strumas in confinio colli, aut pulsus cerebri, aut suffocationem, aut circa guttur anginam, aut uvæ distillationem: glandulas quoque patietur, & tabem fluentium capillorum, & ulcera per caput effervescentia, doloremque dentium creberrime.

V. Quod si a pectore morbus minatur, qui esse simplex & non violentissimus solet, iis præsentitur indiciis. Primum pectoris sudor intimus testatur æstum stomachi laborantis, splen erit quasi distensus & eminens, sputamenta fellita, scapulæ cum lateribus gravabuntur & improviso dolore marcescent, assiduæ oscitationes ora diducent, importunæ vigilæ somnos fugabnnt, arctatus spiritus siti nocturna maxime inardescet, expergefactis mens erit tristis & nubila, post soporem totius pene corporis pulsus, tremor in brachiis vel in manibus, sicca etiam tussis quatiet infirmum. His igitur sapienter occurritur, si consuetudo fiat fine ullo medicamine post cœnam vomendi. Utile autem est etiam jejunum vomere. Magis enim humor noxius, qni stomacho insederit, egeritur. Itaque, qui mane vomiturus est, debet minutatim rafani radices manducare, easque vel succum earum transmittere: cardamum quoque, id est, nasturtium

sed & sinapi, et erucam devorare, & aquam inde tepidam superbibere, ac digito vomitum provocare. Qui ista contempserit, erit his obnoxius vitiis: pulmonis labore vexabitur, frenesin sustinebit, atræ bilis infesta commotio ad usque vesani eum furoris periculum trahet, jactabitur febribus acutis, inops somni agitabitur perniciosis vigiliis.

VI. Si quando autem morbus a ventre molitur, qui & ipse multiformi grassatur incommodo, hæc signa præmittit. Torquetur alvus, & correptos cibos immoderatis fluoribus fundit. Potus in amaritudinem vertitur, membrorum omnium existunt dolores, causa latente grassantes; nimiis fervet ruboribus corpus, & acutis atque occultis febribus inardescit. Adversum hæc venter est molliendus sine grandi cura aut gravi medicamento. Nam qui lapatho vel mecuriali herba usus fuerit, commode alvum temperabit. Si parum proficiet hæc medela & supra dicta indicia perseverabunt, decoctus urticae succus potui dabitur. Utiliter accipiuntur & cymae caulium, multa aqua vehementer excoctae. Etiam brassicae humor, melle admixto & asperso sale temperatus, bibi debet ad heminarum quatuor modum. Qui haec adhibere cessaverit, iis patebit injuriis, ut aut cœliacus fiat, aut, meatibus ruptis, immoderato ventris fluore vexetur. Hinc dysenteria oritur, et iliacus morbus, et ad superiora fimus redundans vomitibus, et empneumatis interficiet. Hinc ischii passio erit, dolorque coxarum: apoplexis etiam iis originibus existet. Hinc et sanguinis per inferiores meatus, id est, per haemorrhoidas fluor multus emanat. Articulorum quoque morbus, quem Græci arthritim vocant, istinc creatur.

VII. Cum vero ex vesica imminet origo vitiorum, et ipsa non minus causis pluribus nocens, iis significationibus intelligitur. Inflatio vesicae adest. Solet enim in eam multus ex alvi meatu ventus immitti. Inde assidua ructatio: inde incontinentes crepitus egeruntur: inde gravis somnus: inde urina sordida et diri odoris egeritur, et circa genitalia tumor surgit. His ergo animadversis, tali subveniendum medela. Foeniculi et apii radices vino condito veteri et odorato injicies, et cum se haec confusa maccraverint, cum vini cyathis duobus tantundem miscebis aqua calida, et jejuno potui dabis. Praeterea radicis asparagi succus cum vino mixtus op-

time sumitur: sed et ciceris albi, non arietini, decocti succus accipitur. Ex hac valetudine, nisi in exordio curatio adhibita fuerit, per urinae, difficultatem et hydrops nascetur, et dolor jecoris, et vitia renum, et stranguria vesicae, [et] ventrem molestissimi dolores vexabunt.

VIII. Haec sunt de praenoscendis praeveniendisque morborum causis. Addidi etiam, quibus et quatenus per anni circulum, pro temporum vicissitudine, observatis incolumitas custodiatur. Ab hieme igitur salubrius fiet exordium. Ex die VIII. calend. Januarias corporibus humor adcrescit usque veris aequinoctium, quod incipit VIII. calend. Aprilis. Hoc ergo tempore utendum calidissimis cibis et optimis; vino aliquatenus indulgendum; usus etiam veneris minime respuendus. Ex aequinoctia incipit phlegma crescere, id est, concretus humor et frigidus, usque in ortum Pleiadum, qui incipit pridie idus Majas. Ergo tum adhibere convenit bene odoratos, sed et acres cibos. Exhinc sanguis ardentior febribus augmenta suppeditat; nec minus humor obbibitur, usque ad aestivi temporis commutationem; quae ad VIII. calend. Julias inchoatur; à quo die venere abstinendum jejunandumque. Ab octavo enim calend. Julias, aestiva progressio incrementa fellis exsuscitat usque in autumni aequinoctium; quod est VI. calend. Octobris. Erit igitur utendum frigidis et sapidis et bene olentibus cibis; parcius jejunandum, et à venerio usu ab VIII. calend. Julias, certe per dies duodecim, penitus abstinendum. Post autumni aequinoctium, id est, post diem VI. calend. Octobris, acres biles vires et augmentum sortiuntur, usque in occasum Pleiadum, qui est IV. Idus Novembris humores etiam graves serpunt. Erit igitur utendum acidis et acribus cibis venere quoque abstinendum; parcius etiam jejunandum. Ab hoc rursus tempore, id est, à IV. Idus Novembris, sanguis deficit. Congruit igitur levioribus cibis uti, vino indulgere, nec usu veneris abstinere, in VIII. calend. Januarias, ex quo incipit tempus hibernum. Haec, ut dixi, observans incolumi sospitate vitae spatia transcurres, nec ulla indigebis visitatione aut curatione medicorum.

FINIS.